UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Imagines Sanctorvm Ord. S. Benedicti

Stengel, Carl

[Ort nicht ermittelt], M.DC.XXV

I. Octobris. S. Vvasnvlphvs.

urn:nbn:de:hbz:466:1-38356

Visual Library

S WASNVLPHVS natione Scotus, annumeratus titularibus epiſcopis, qui ad paganorum conuerſionem in Hannoniam tempore Vincentij Comitis venerunt. Hic enim de Scotiâ inſulâ marinâ veniens in ſaltum Theraſciæ, in loco qui nunc vocatur Cella, multis diebus laudabilem vitam duxit. Poſteà verò ductu angelico ad monaſterium DEI genitricis MARIÆ, Condatum nomine, perueniens, vſq; ad obitum, Domino ſeruiuit. Inde etiam ſæpiùs ad dictum Vincentium Comitem in Altum-montem venit. In dicto autem Condatenſi cœnobio ſanctus WASNVLPHVS tranſcurſo feliciter huius vitæ ſtadio, in pace quieuit, multis annis clarus miraculis.

Ex Molani Natal. SS. Belgij.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

S. WASNVLPHVS EPISC. ORD. S. BEN.
Hic ex Epiſcopo monachus S. Giſleni, ex quo ſecedens Angelico ductu ad Monaſt. S. Mariæ Condati peruenit; Obijt circa an. DCXL Kal. Octobr.